

www.e-rara.ch

**Sermo de ortu, conversatione, virtutibus et martyrio beatae virginis
Catharinae [de Alexandria]**

Capet, Johannes

Spire, 1503

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-131210>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

11.
Hunc sermonē de ortu cōuersati-
one virtutibus p̄clarissimis ⁊ martyrio beatissime virginis
christi sponse Katherine. fecit imprimere in Spireñ. Cuius
tate Reuerendissim⁹ in christo pater ⁊ dominus dñs Ray-
mundus miseratione diuina. tituli Sancte Marie Flore
sacrosancte Romane ecclesie p̄sbyter Cardinalis Burcen.
ad Germaniā Daciam zc. Apostolice sedis de latere Lega-
tus. Anno dñi M. D. iij. Ut distribuatur gratis suis ami-
cis ⁊ ecclesijs ad ipsius virginis honorē ⁊ laudem. In quo
per preclara testimonia sacre scripture ⁊ doctorū probatur
vita ipsius Katherine excellentissima.

Speyer 1503.

Panzer 8, 297, 6

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
1215 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
U.S.A.
TEL. 773-936-5000
FAX 773-936-5001
WWW.CHICAGO.EDU

Amatam et quesivi spon-

Amatam mibi assumere: et amator factus sum forme illius. Sap. viij. Erat enim formosa valde et incredibili pulchritudine: ideo adamavit eam rex Bester. ij. Et multe filie congregaverunt divitias: tu autem supergressa universas. Eccl. xxxj. Que verba applicari possunt ad sacratissimas virgines Barbaram et Katherinam. Sed nunc ad ipsam Katherinam virginem prudentissimam verba proposita dirigam? Ad quorum intellectum dicit Sco. iij. dist. xxxij. Quod non equaliter quo ad voluta diligit deus omnes suas creaturas beatitudinis capaces: quia alicui vult maiora bona gratie et glorie quam alteri. sed singularem dona concessit predictis virginibus gratie et glorie. ergo adamavit eas super omnes alias. Patet quia quanto aliquis est meliori similior tanto est melior. iij. Thop. sed beatissima Katherina assimilatur maioribus in patria celesti existentibus et dilectissimis. ergo eidem tribuit Christus multa bona. Et primo Joachim et Anne parentibus virginis gloriose quam suam substantiam temporalem tripharie dividebant. Unam in necessitates suas et sue familie. Secundam pro templo et servitoribus. Terciam pro pauperibus erogabant. Hec autem Christi sponsa Katherina de suis regnis Cipri et Persarum et aliarum dominatio non eadem faciebat quare de ea bene dictum est Eccl. xxxj. Eleemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Dylarem enim datorem diligit deus. ij. Thoz. ix. Et misericordiam et veritatem diligit deus. Psal. lxxxij. Pater autem eius rex Persarum et Cipri Costus nomine cum nullam haberet prolem congregavit universam medicorum et astronomorum multitudinem peritiam: ad sciendum utrum sterilitas esset in eo: an in uxore: an in utroque. Qui diligenter considerantes complexionem utriusque et planetarum in quibus nati erant diem horam et punctum dixerunt in nullo eorum esse sterilitatem naturalem: sed a deo petendam esse prolem. Rex autem congregavit universorum sacerdotum suorum regnum multitudinem: ut sacrificium solenne deus immortalibus pro prole obtinenda intercederent. Cum autem id longo tempore inaniter facerent. Unus eorum astrologus Macrobius nomine ait. Rex in eternum vive ne desperes. Deum enim sunt infiniti: sed tamen deo deorum ignoto offer sacrificium et obtinebis cordis tui spero desiderium. Quod audiens rex Costus magnam auri copiam obtulit aurifabro: ut inde deo deorum ignoto ymaginem com-

poneret. **I**n Athenis autē a tēpore christi passionis cōsumi/
lis erat ara. **Q**ui aurifaber in petra figurā ipsius dei ignoti
composuit bis ter quater: vt ex auro liquefacto z resoluto fi-
guram solitā extraheret. **V**erūtū sēp extraxit figurā homi-
nis crucifixi. **R**ex autē iratus alteri aurifabro auri p̄nomi-
nati quātitatē dedit qui formā in p̄sentia regis hominis cruci-
fixi non semel extraxit cōtra spem ipsius. **C**um autē p̄reno-
minata forma cōsilio p̄dicto **S**acrobiū esset in templo deo-
rum posita omnes deorū forme ceciderūt z sola crucifixi re-
mansit: cui oblatiōes z sacrificia de cetero obtulerunt: z sta-
tim rex z regina p̄tolem habuerūt: quā katherinā cōsilio p̄-
noīati **S**acrobiū nomīarūt qđ est interpretatū omniū siue
vniuersorū deorū ruina: quia katha. id est vniuersus. z ruina
Nomen em̄ a proprietate rerū debet imponi. **D**icit. iij. me-
tha. **E**t diffinitio debet significare id qđ diffinitū est. **D**icit
Sco. i. dist. q. ij. iij. **E**t nomē habes q̄ viuas. **A**po. iij. **E**t
C. de offi. p̄fec. vrbis. l. i. vbi nō est res noīs nec nomē esse de-
bet. **I**deo. xij. q. v. c. **C**auete dicit **M**endaciū est se xpianū
noiāre vel sacerdotē vel religiosum: z opa contraria religio-
ni vel sacerdotio siue sacro ordini facere. **A**ug⁹ in li. de doc.
christiana dicit. **C**hristianus est nomē iusticie bonitatis ca-
stitatis. patientie. prudentie. pietatis. z innocētie: nomē per-
seuerantie z xpī imitatoris. **E**c. c. vnico extra de sacra. vnc.
xpianus a xpō dicit. z de p̄se. dist. iij. c. post ascēdit: z ibi qđ
pdest vocari qđ tu nō es. **A**ssimilat scđo beatissimo **P**au-
lo in quattuor. **P**rimo in virginitatis cōseruatōe. **D**icit em̄
Sco. in. i. dist. xvij. q̄ habitus acq̄situs p̄ circūstantiā ma-
lam poterit esse bon⁹ per assumptionē oppositę circūstantie.
seruauit em̄ **P**aulus ante conuersionē suā virginitatē suā ex
quada supbia: ne mulieri subūceret. pariter z katherina ne
viro indoctiori aut innobiliori aut turpiori subūceret: sed
tamē post cōuersionē ad christū virginitatem seruauerūt: vt
christi cōsiliū ad melius xpī imitandū adimplerēt. **I**deo
lac in decollatiōe pro sanguine in signū virginitatis nitide
seruate rememoratiū emis(er)unt **V**irginitas em̄ est virtus in-
anīa. dicit. i. de ciui. dei **A**ug⁹. c. xvj. z infert q̄ vi z violētia
stuprate sine assensu volūtatis v̄ginitatē non pdere. hoc idē
Sco. in dist. xv. iij. etiam si volūtas sensualis cōdelectet fa-
ciendo tñ qđ in se est de resistēdo. **N**ec aut virginitas nō con-

sistit in carētia solū actus veneri: sed in proposito cōtinendi p-
petuo. dicit idem **Sco.** dist. xxxj. quarti. **E**t si amittat p ac-
tum carnis perpetratū aut resolutionē seminis voluntariaz
etiā per oscula tactus vel voluntatiā cogitationē morosam
tunc virginitas erit irrecupabilis: vt ostēdat **Tho.** scda scde
q. c. lñ. 2. xxxñ. q. v. c. si paulus. **S**ecus aut si p datur p volū-
tatē sine seminis fluxu: quia tunc est per penitentiā recupera-
bilis. nec p datur per mortale aliquod nisi quo ad meritum.
Qui em diligit hanc cordis mundiciā habebit amicū regez
Prouerb. xxñ. **O** q pulchra est casta generatio hec cū cha-
ritate. **Sap.** x. **H**ec virgines sequunt agnū christū virginez
de virgine natū quocūq ierit: cantantes canticū nouū quod
nemo cantare potest ante sedem dei 2 agni. **Apoē.** xññ. ym-
mo virginitas in viro aut muliere scdm **Hieronymū** maio-
ris est laudis 2 pmi q in angelo. **D**e qbus **Sco.** dist. j. q.
vj. quarti ait. **V**irgines habēt gaudiū magnū de nunq ces-
cidisse in illud peccatū ad quod natura prona est: 2 maxime
in iuuentute: quā virginitatē pferat christus dando maius
premiū illi statui q maritali. **Matth.** xix. quia in eis semen
verbi dei **Matth.** xññ. **F**acit afferre fructum centesimū. **I**n
maritatis autem cōiugalī castitas fructū tricesimū. **V**erū
tamē iuxta regulā tertio **Thopīc.** positā. **S**icut simpliciter
ad simplicit: ita magis ad magis: ita maxie ad maxime. vbi
ergo est maior occasio 2 maior resistentia: ibi maius meritū
ceteris paribus erit. sed beata katherina iuuenis erat. xviñ.
annorū. ij. **Thim.** ij. **I**uuenilia desideria fuge. **E**t parit pul-
chritudinē incredibilē super omes viuentes in hac mortali
vita habuit 2 raro (**D**icit iuuenalis) **P**udicicia 2 pulchri-
tudo in simul hospitant: quia circulus aureus in narib mu-
lieris pulchre 2 fatue **Prouerb.** xj. **I**nfinitas habuit diuiti-
as. diuitie em suffocant verbū dei **Matth.** xññ. **L**ibertatem
insup 2 nobilitatē: quia filia regis ditissimi defuncti. **S**ed
ista katherine nocere nō potuerūt: quia timorē domini qui
expellit omne peccatū habuit: 2 de pulchritudinē que est ab-
intus curauit: quia omnis gloria filie regis abintus 2 in re-
rum abundantia: paupertatē seruauit nec sperauit in pecu-
nie thesauris. **A**ltimo mirabilibus 2 scientificis persuasio-
nibus sollicitat pariter 2 terroribus magnisq tormētis: sed
fabrica eius virtutū supra firmā petram fundata **Matth.**

viij. **N**ec pluuia terrenarū pmissionū nec flumina minarū nec
veteri tormētorū poterāt cor ei⁹ emollire. **I**p̄a autē libera voce
rēdit. **H**abeo te lōge nobiliore. sapientiore. ditiorē: z eternū
spōsū: iesū xp̄m cui fidē dedi z ip̄e mihi. **A** matre siq̄dez fuit
ducta q̄ fuerat occulte xp̄iana ad quendā heremitā añ tres
annos sui martyriū vt consentiret in matrimoniū imperato-
ris illam petentis: quia persuadebant procures sui vt illa cō-
sensum de matrimonio contrahendo daret: tandem heremi-
te respondit. **O** vir prudens promissum honestū est ab om-
nibus ratione videntibus firmo proposito tenendum. sed pa-
ter moriens mihi indicauit q̄ miraculose ex dono dei igno-
ti hominibus fueram cōcepta: idcirco petiuit mihi vt nun-
q̄ acciperē maritum: nisi esset me nobilior. sapientior. z diti-
or: promisi z promissum tenebo. **E**t heremita **S**apienter re-
spondisti. **S**ed virginis filius que representat in hac yma-
gine quam ei dedit ad exorandam est longe te pulchrior. sa-
pientior. z nobilior: si illam deuote exoraueris tibi illum su-
um pro sponso tuo ostendet z tradet. **E**t licet pagana tamē
assidue mente fecit. **E**t virgo beatissima sole clarioz eidē ap-
paruit: cui filio dicebat. **O** fili dilecte: deprecor vt faciem tu-
am katherine pulcherrime ostendas: z eam pro sponsa acci-
pias. **O** mat̄ (ait fili⁹) quō dicis hāc katherinā esse pulchrā
q̄ abint⁹ infidelitat̄ turpitudīe z ab extra fuitio demonū z
cultura deturpat̄ valde: meā faciē ei nō ostēdas: nisi aq̄s salu-
tarib⁹ baptismi fuerit emundata: z statū visio dispuat. **E**t ka-
theria cū festinatiōe ad heremitā exponēs qd̄ viderat z petēs
lauacrum salutare baptismi venit: qui eam plene in necessa-
rijs fidei eruditam. baptizauit: atq̄ instruxit vt non desiste-
ret seruire virgini gloriose matris filij dei: que iussa fideliter
impleuit. z gloriosissima virgo mater cum filio katherine se-
mel apparuit: z eam in presentia matris z angelorum innu-
merabiliū z virginum annulo maritali desponsauit sibi tra-
dito. **C**um sapientia siquidem habitauerat monitis saluta-
ribus credendo: z neminē diligit deus: nisi qui cum sapien-
tia inhabitat. **D**icit insuper **A**ugustinus. sc̄do de trini. c. v.
q̄ nihil est amatum. nihil volitū nisi cognitum: inuisa autē
diligī possunt: sed minime incognita. z hoc **S**co. dist. xxx.
quarti. z. xlix. q. x. **E**t post hanc noticiam more **P**aulli circū
stantiam malā de virginitate scrutata dimisit: z bonam op-

positam accepit. **S**ecundo assimilatur Paulo in scientie claritate: qui enim diligit disciplinam diligit scientiam. Pro uerb. xij. et ipsa omne naturalem philosophiam sciebat et pariter plura ydeomata. Dicit namque de ea in legenda sic: banc pater ab annis puerilibus studiis liberabilibus imbuenda tradiderat: quibus sufficienter imbuta varias etiam gentium linguas didicerat: ut omni sapientia erudita non deesset: etiam sibi omni postulanti ratione reddendi efficacia. Paulus enim in raptu vidit ut iam beati faciunt diuinam essentiam secundum Augustinum super Genesim et li. lxxxiij. q. questione penult. et Sco. dist. xlix. q. xij. et dist. quodl. q. xij. et ideo omnes apostolos in scientia precellebat et reprehendit Petrum ad Gal. ij. quia reprehensibilis erat. de hoc Sco. dist. iij. q. iij. 'quarti. et ij. q. vij. c. beati. et c. Paulus. Et Katherina Alexandrie peritissimos quinquaginta doctores et rethores in unum contra eam congregatos superauit ad deum conuertit et ad martyrium perduxit nec fuit contra illud mulierem docere in ecclesia non permitto. s. **E**thoz. xiiij. quia spiritus sanctus qui est verus deus ad seruandum legem positam non obligat secundum Sco. dist. xxxvij. in. iij. quoniam omnes obligentur ad seruandam dei legem: sed predicta fecit ex instinctu et licentia speciali spiritus sancti. Et quoniam non fuerint prenotati philosophi et doctores baptizati baptismo fluminis: tamen fuerunt baptizati baptismo flammis et sanguinis: et hoc sufficit ad salutem. de quibus loquitur Sco. in. iij. dist. iij. q. iij. et de consue. etiam dist. iij. c. baptismi. et idem Sco. dist. vij. ibi. quod deus non alligauit potestatem suam in sacramentis quoniam sine illis possit iustificare aliquem. Hec persuadebat nostra doctissima theologa Katherina doctoribus et rethoribus dicens: unum istorum baptismorum sufficere ad salutem. ymmo Sco. ponit quod si mater pregnans occidatur propter christum plures occisa in matre saluat in baptismo sanguis. Conuertit porphirium tribunum cum ducet militibus suis: et ad palmam martyrii perduxit. quia regina et porphiri intrauerunt in carcerem in qua ipsa Katherina detinebatur: quem carcerem viderunt incredibili lumine et odore celico coruscare ut perterriti caderent in terram: et Katherina surgite inquit quia christus vos vocat ad palmam. et surgentes conspiciunt puellam sedentem inter angelos plagas sui corporis et scissuras circumfouere quod caro et cutis superficies in admirabilem decorem conuertebantur: necnon ad reginam imperatoris uxorem cui mamme mille fuerunt extracte: et gloriam martyrum promeruit.

Conuertit multos christianos trepidantes christum con-
fiteri propter immensitatē tormentorum: et ad constantiam
suo exemplo confitendi christū animauit. ymmo cum duce-
retur ad locum decollationis matronas et virgines post eas
flentes compescuit: dicens. **C**ongaudete mihi et congratu-
lamini: quia ad sponsum meū dominū iesum christum recto
et festino itinere vado. **Q**uid ergo nos miseri dicemus: qui
plures ad incontinentiā et ad alia vicia verbo et exēplo vo-
cauimus. **S**equitur ergo q̄ hec beatissima virgo **k**atheri-
na habuit in vita hec tria. scilicet sanctitatez virginitatis in
corpore: sanctimoniā in mente et anima et doctrinaz in ope-
re. **D**e eius virginitate est dictum. **D**e sapientia in mente et
anima. patet: quia sapientia diuina consistit in tribus. **P**ri-
mo in vera dei cognitione. **A**ugustinus. **I**lle infelix qui om-
nia alia scit te autem nescit. **M**ulti multa sciunt sed seipsos
nesciunt. **E**t scientia vera est per quam christus querit et in-
uenitur. xxxvij. c. legimus. **A**lia autem sapientia in p̄cepto-
rum obseruatione. **A**ugustinus. **S**apientia dei est non elo-
quia dei scire: sed scdm eloquia dei viuere in christi dilecti-
one. **A**ugustinus. **I**lle tenet quod latet et quod patet in di-
uinis sermonibus qui charitatez seruat in moribus. **H**anc
habuit beata katherina mandata et consilia christi seruan-
do et proximi salutem diligēdo vt suam vitam christi exem-
plo paruipenderet. **A**lia est sapientia mundana que diuidit-
ur in ethicam. politicam et yconomicam. primā habuit q̄a
omnibus virtutibus adornata fuit. **S**ecundā quia optime
suam domū et familiam rexit. **T**ertiam quia regna vrbes et
terras suas in bona iusticia quātuz potuit gubernauit ha-
buit insuper doctrinam fructuosissimā sicut patuit.

Tertio assimilatur **P**aULO ymmo christo in p̄claro mar-
tirio. fortis est vt mors dilectio. **C**antic. viij. **M**artires em̄
meruerunt in sustinendo martyrium: etiam si in eis absor-
bebatur protunc vsus rationis propter intentionem prece-
dentem: q̄uis multi ex gratia speciali fuerint conseruati in
vsu rationis durantibus atrocissimis penis. **D**icit **S**co. in
iij. distinc. xv. et xx. **E**t in. iij. distinc. vj. q. vj. patet quia ob-
uiam suo carnifici et vltro veniens non vocata prouocauit
dicens. **O** imperator ratione dignitatis tue tibi honorem a
me accipere deberes sed honore debitum deo: facis demo-

nibus. et compellis ad talia alios: idcirco nullo honore ym-
mo vituperio dignus es. **S**ciebat enim illud. iij. **E**thic. **Q**ue
solus virtuosus sit honore dignus et tanto quod non potest sibi
fieri condignus honor in hoc seculo. **E**t econuerso malus.
Et hoc fecit ut christum qui suis crucifixoribus obuiam vl-
tro se presentauit: et ut imperfectis christianis trepidantibus
christum confiteri propter metum tormentorum auferret: et ani-
mas cupiebat lucrari: et pro eis corporaliter mori: ne more-
rentur. et prime **Thes.** iij. adeo didicistis ut diligatis inui-
cem. **E**t etiam quia cupiebat resolui et esse cum christo. **Q**uo-
do quanto aliquod opus fuerit factum cum multis bonis inten-
tionibus tanto erit melius. **D**icit **Sco.** in quodl. q. xviij. **E**t
sicut **Paulus** fuit ante mortem diuersis penis afflictus: sic et
ista: fuit enim **Katherina** scorpionibus denudata: cesa diutissi-
me. secundo incarcerata in obscuro carcere. tertio ibidem dimis-
sa per duodecim dies sine cibo et potu ut cruciaretur. siti et
fame. quarto extendit inter rotas nouaculis acutissimis ar-
matas: ut lacerata siue territa diuideretur. **U**ltimo decapi-
tatur: et ipsa ut **Paulus** lac pro sanguine emisit. **S**ed inter
tormenta dicebat in passione. **D**iligam te domine fortitudo
mea **Psal.** xviij. et illud **Psal.** xcvi. **Q**ui diligitis dominum odi-
te malum. **E**t dilexi testimonia tua super aurum et topazion
Psal. cxviij. **E**t cum minas audiret a tyranno respondit. **O**-
cruenta bestia quecumque tormenta potes excogitare in medi-
um afferas. **T**anto enim ero regi meo iesu christo et sponso
acceptior quanto pro eius amore tormenta maiora patior.
Passio enim a voluntate propter finem rectum accepta: est
laudabilior actibus bonis multis. **D**icit **Sco.** distinc. xx. iij.
Ideo christus de paulo dicit illud **Act.** ix. ostendam ei qua-
ta debeat pati: ideo christus iesus verba sue sponse **Piere.**
xxxj. posita dicit. **C**haritate perpetua dilexi te. **Q**uarto ne-
que comedit neque bibit **Paulus** in illo triduo **M**agdalena
etiam tempore longo reficiebatur melodias angelorum audien-
do in deserto. **E**t helias tercium **Reg.** xvij. a coruis pascebatur.
Beatissima autem **Katherina** per duodecim dies reficiebatur
a spiritu sancto ad eam veniente in colombe specie qui plus
animam quam corpus reficiebat. **S**equitur ergo ex predictis ip-
sam triplici aureola cum corona glorie que aurea vocatur:
ut **Johannes baptista** in regno celesti coronatum. de quibus

Bonauen. in. ij. distinc. xl. p. j. z. q. j. scđi. z **T**ho. in. quarto. q. xlix. Ideo bene dictum est de ea recti diligunt te. **S**equitur etiam q̄ eius mors fuit excellens super alios multipliciter. **P**rimo: quia non vnā sed multiplicem passionē habuit. alie enim vnā. alie duas. alie tres: **H**ec prudētissima virgo multas: quia scorpionibus cesa. virgis lacerata. fame z siti cruciata: inter rotas horribiles extensa. z vltimo decollata: z etiam per longū tempus. **M**artyriū etiam eius patet solenne ex consolatione: quia in decapitatione fuit ab angelis mox venerabiliter deportata pro sepultura in mōte Synai. **A**ngeli etiam rotas horribiles fregerunt: z christi sponsam illesam dimiserūt: in carcere fuit consolata spiritu sancto in specie columbe apparente: z illuminata celesti lumine. z ab angelis multipliciter consolata in flagellatione in tātum vt maiora pati desideraret. **T**ertio in eius morte videtur habuisse ip̄a sola specialium aliorum sanctorū priuilegia: quia vt **J**ohannes euangelista a christo visitatur z inuitatur ad conuiuiū celeste non solum per angelos sed in propria persona in signum dilectionis precipue. **D**icit enī **S**co. in. iij. distinc. x. q. j. z. iij. q̄ non est incōueniens dicere christus iesum aliquando locum celi dimittere scđm humanitatē z venire ad hanc terram ad visitandū suos amicos. sicut z **P**etrum fugientem de **R**oma: cui querenti quo iret. respondit vado **R**omā iterum crucifigi. **I**deo christus suam amicam z sponsam visitauit regnum suū eternum ei promisit z diem nupciarū inter ipsum z ipsam assignauit z assecurauit. **O**mnienī tempore diligit qui amic⁹ est. **P**rouerb. xvij. z in eius morte dicit sibi illud **C**antic. iij. **V**eni electa mea zc. que petisti ecce donata sunt tibi. **Q**uarto **A**ndree apostoli priuilegiū habuit in lucis celestis circūdatione: **F**uit enī tanta luce celesti in carcere circundata q̄ terruit: custodes quo terrore aliqui sunt conuersi alij fugere coacti. **E**t sic spiritus sanctus in nube lucida sicut olim super christū **M**athe. xvij. apparuit. **D**e qua apparitiōe visibili spūs sancti. dicit **S**co. in. iij. dist. iij. q. v. q̄ missio visibilis spūs sancti sup aliq̄ est signū gr̄e gratūfaciētis: vl' in esse vl' in fieri necessariū. **C**ōcordat de alliaco in. q. x. sup p̄mū dicēs q̄ est signū gr̄e p̄terite: vel existentis infallibiliter: quia facile videt ab hīs qui diligunt eum. **S**apien. vij. z. viij. **D**omin⁹ omniū dile-

riteam. **Q**uinto beatissima katherina habebit gratiam
z habet apostolorū oīm qbus xps dicit **Matth. xvj. Amē**
dico vobis q vos qui reliquistis oīa z secuti estis me in iu-
dicio sedebitis mecū iudicātes. z mgr̄ dist. **clvj. qrti.** Aliqui
non iudicabūtur in iudicio: sed iudicabunt quo ad discussi-
onem meritorū. dicit **Scot. ibi:** sed bene quo ad sententiā il-
lam generalē. **V**enite benedicti patris mei percipite regnū
ab eterno vobis paratum. **M**odo vbi est eadē ratio vel ma-
ior: ibi z eadem lex esse debet. ff. ad legē acquit. l. illud. **E**t de
similibz similiter est iudiciū extra de rescript. c. inter ceteras
Modo katherina maiora tpalia dereliquit q omēs apli: z
cum magno feruore christum est secuta in aggredienda pas-
sione: z etiam in alijs. **E**t plus christus respicit feruorem q
actus scdm **Scotū** vero tamē illud dicitur sibi **Osce. xiiij.**
spōtanee diligit deus. **S**exto habuit stephani priuilegiū
qui christū vidit gloriificatū stantem a dextris dei quasi pa-
ratū in eius auxiliū: z celos apertos. **S**ed maximū est gau-
dium videre christum regem in gloria. dicit **Scot. dist. xlix.**
quarti. z pro magnitudine pulchritudinis sue angeli illum
videre desiderant. **j. De. j.** **E**x autem oculus nō gloriificatus
possit videre christi humanitatē. patet per **Scot. in. iij. dist.**
xlviij. dicentē. q in iudicio demones z damnati eam vide-
bunt. **C**hristus autem visus est a beata katherina in eius
desponsatiōe per annulū: z in eius decollatione quādo ora-
uit: dicens. erectis oculis in celum. **O** spes z salus creden-
tium decus z gloria virginū iesu rex bone gratias tibi ago
que me intra collegiū ancillarū tuarum cōnumerare digna-
tus es. **F**ac ergo cum ancilla tua misericordia. vt quicunq
in laudem z gloriam nomis tui passionis mee egerit memo-
riam siue in exitu anime sue: aut in quacūq angustia vel ne-
cessitate fuerit me inuocauerit celerem effectum obtineat tue
propiciationis. **E**cce pro te domīe iesu ferientis expecto gla-
dium: z quē carnifex auferre non potest: tu suscipe spiritum
meū: z ecce vox christi ait cum multitudine angelorū. **V**eni
electa mea sponsa mea: ecce beatitudinis tibi ianua: ecce in
occursum tuū chor⁹ sanctoꝝ cū triūphali adueniet corona: z
que postulasti donata sunt tibi: nam z hys qui passionē tu-
am deuotis mētibus celebrauerint: z qui in periculis z ne-
cessitatibus te inuocauerint presidia optata z celerē opem

de celo promitto. sancti enī dicit Bonauen. in quarto dist.
xlv. arti. iij. **P**eruerunt in hac vita dum viuerent vt impe-
trent aliquid post mortē z illud a domino petierūt. z **S**co.
dicit. e. dist. q. sanctorum in patria existentium oratio potest
esse nobis meritoria: quia quicquid iuste desideratur ratio/
nabiliter petitur. dicit **T**ho. scda scde. q. lxxxij. z sunt ver-
ba **A**ugustini ad proba. z vidit sibi celos apertos. **E**t sicut
barbara sua soror z sibi coequalis in gloria. sicut patet per
Origenē in li. de amore iesu christi ad virginē matrē inferi-
us annotandū. pariter **M**argaretha z **B**lasius: z alij peti-
tionem habuit a christo iesu: quia dilexit deū qui fecit illam
Eccli. xlvij. **S**eptimo habuit magnā cōstantiam in per-
sonarum magnarū reprehensione: vt **A**mbrosius. que con-
stantia. dicit **S**co. in tertio dist. xxxiiij. **E**st virtus sub for-
titudine cardinali virtute vt patientia. **I**pse siquidem **A**m-
brosius imperatori **T**heodosio portas ecclesie clausit z ex-
cōmunicauit. **E**t postq̃ fuit absolutus inter clericos in cho-
ro sedere non permisit: ita vt **T**heodosius de illo diceret so-
lus **A**mbrosius episcopus q̃ nec adulatione nec terrore nec
nec aliqua promissione potest frangi. **I**sta autem imperato-
rem ferocissimū z crudelissimū reprehendit: z dignum con-
fusione non bonore ostendit. **I**deo de vtroq̃ bene dicitur.
Qui diligunt deum cōseruabunt verbum illius. **E**ccli. ij.
Priuilegium sancti **M**artini in angelorū accessione qui
ambos in agone visitauerunt: quia angelis semper fuit co-
gnata virginitas z informauerunt. **E**t congratulando sibi
dixerunt. **P**etisti sponsa preclarissima: vt quicunq̃ memo-
riam tui faciet: vel quicunq̃ in morte se tibi recōmendabit
aut in quacunq̃ necessitate alia te innocabit sentiat diuine
misericordie adiutoriū z effectum: z ecce omnia vt a christo
audisti sunt tibi data constans esto. **I**n morte habuit bea-
ti **C**lementis pape priuilegiū in sepulchri preparatione q̃a
per angelos sanctos ab **A**lexandria in monte **S**ynai mor-
est deportata z ab eisdem sepulta in sepulchro ab angelis fa-
bricato: qui mons distat a loco decollationis per viginti
dietas. **N**ec mirum: quia dicit **S**co. in scdo. distinc. ij.
questione. x. **Q**ue angeli in tempore inperceptibili possunt
ex sua virtute naturali transire de vno loco remotissimo in
alterum: z ibi: si autem non pertransierunt medium tunc

est miraculū p̄ omnipotentia diuinā factū. De hoc mōte dī-
cīt **Exod. iij.** Depone calciamenta de pedibz tuis. locus enī
in quo stas terra sancta est. Et sic habuit maius priuilegiū
q̄ **Moyſes**: q̄ q̄uis fuerat sepult⁹ ministerio angeloz tamē
locus eius sepulture est ignotus vsq; in p̄sentē diem. **Deut.**
xxxij. q̄ tñ in signis fuit maxim⁹ p̄phetarū. de q̄ dicit **Ecclī**
xlviij. Dilect⁹ deo z hoīb⁹ **Moyſes** cui⁹ memoria in b̄ndicti-
one est: ſiliter z de b̄tā **katherine**. cui⁹ ſepulcz cogſcīt z viſi-
tať. **Ultio** aſſimilať b̄tō **Nicolao** poſt mortē in olei emana-
tione ex cuius corpore z oſſibus. **Est** em̄ ſignū rememorati-
uū q̄ fuit multū miſericors in hac vita: ſed iā miſericordior
vixit em̄ eam deus oleo leticie. **Pſ. xliij.** z oleo ſancto meo
vnti eā. **Pſ. lxxxviij.** Oleum em̄ effuſum nomē eius. **Oleū**
em̄ dicit **Sco. diſt. viij.** quarti habet nitorē: z eſt ſignū reme-
moratiuū ſue puriſſime virginitalis: z ſupeminet oleū vni-
uerſis liquidis. z eſt materia proxima incēdij. z hec duo ſi-
gnificant z demōſtrant eius excellentē c̄aritatē quā habu-
it in via. z fruitionē quā iam h̄z in patria **Prenosticat** etiam
nobis hoc oleū miſcōiam quā faciliter nobis impetrabit: ſi
corde puro z cōſcientia de p̄inentib⁹ ad ſalutēz aduocatam
p̄clamemus. **Ipla** em̄ dilexit dominū deū ſuū ex toto corde
ſuo **Matth. xxij.** z ſimilē facit illā in gloria ſanctorū. **Ecclī.**
xlviij. quare nō eſt mirandū ſi ieſus dei filius: de hac dixerit
verba thematis aſſumpta. **Hanc** amaui z queſiui ſponſam
aſſumere mihi. **Exemplū** **Petri Damiani Cardinalis.** **Fu**
it quidā **Ep̄us Mediolanenſ.** **Sabinus** noīe: z a iuuentute
beatiffime **katherine** ſeruiuit z eā plurimū amaui q̄ aſſocia-
tus abbate **Theodoro** mōtis **Casſini**: z duob⁹ ſacerdotib⁹
z totidem militib⁹ z quindecim ſeruis ad montē **Synay**
ad reuerentiā ſanctiffime **katherine** p̄fecti ſunt. **Cū** autem
eſſent in pede mōtis **Synay** obuiauerūt duci ferociſſimo tur-
corū veniēti a p̄ſentia ſoldani cū magna comitiua: ſed comi-
tiuā ep̄ſcopi z abbatis p̄cedentē totam peremerūt: z cū per-
ueniſſent ad ep̄ſcopū z abbatem eos occidere iuſſit. **Cui** ep̄-
ſcopus p̄mitte virginis ſacre prius nos viſitare ſepulcrum
Cui reſpondit **Neceſſe** eſt vt nunc mea non tua voluntas
fiat z conſeſtim lingua. naribus. oculis. pedum. z manūz
ſummitate priuauit z imperauit corpora iſtorū ante huius
malefice portare ſepulcrū z ſi poterit eos iuuare credā c̄bri-
ſto **Seminui** iſtū deportati ſtatim **theodorus** ibidem ante

virginis sepulchrū xpo reddidit spiritū. **E**t ecce circa medi-
um noctis mons vebemēter cōtremuit terror et pauor ducē
et suū exercitū inuasit fugere volētes sed nō potentes et clari-
tas magna per triū horarū spacia montes illuminauit. **I**n-
terea beata katherina de tumulo processit caput languidū
sui amatoris leniter tetigit et alia loca lesa et perunxit oleo sui
sepulchri et statim est reditus pristīne sanitati. **E**t dum ille il-
lam nitebat respicere non poterat ob claritatē: sed ad pedes
eius cecidit et duo angeli eū leuauerūt: tūc beata katherina
ait. **O** meus amator et seruitor fidelis ppter me pdidisti lin-
guā tuā nō facundā sed balbutientē etiā in vna lingua: sed
do tibi meā in greco et latino facundissimā vsqz ad decē an-
nos. **O**mnes socj tui letant nobiscū in regno dei. **D**ie cra-
stina celebrabis et abbatē lecto euangelio in ducis presentia
perunges in omnibz membris et resurget ante missę comple-
tionē. **E**t dedit sibi annulū dicens ei qd ille erat in quo chris-
tus eam despōsauerat et litteras aureis litteris scriptas et sta-
tim disparuit quarū tenor sequit in tribz lineis. **P**rima Sa-
bine. hee littere sunt inter me et te signa dilectionis ppetue.
Scda fecit tibi meritū ingens dolor faciet tibi gaudiū ve-
hemens amor. **T**ertia **D**ucē baptizabis sanus ad propria
redibis: et decennio cōpleto mecuz in paradiso eris. **P**ostqz
aūt fuit lectū euāgelium: dux eccliam intrauit et in sanitate epi-
scopi obstupuit. **I**ncuius p̄sentia abbas punctus ante mis-
sę cōpletionē reuixit. **D**ux lachrymis irrigat cōpungit om-
nia vendēs dedit panperibz et fundato cenobio monialiū in
quo annulus p̄dictus reponit quod vocat aula dei in mon-
te cassino monachus probatissimus est factus. **D**ecēnio ita
qz cōpleto sabino mortuo lingua beate katherine disparuit.
Ex cesario **C**esarinus narrat in suo dialogo quendā militem
fuisse etiam a iuuetute beate katherine valde deuotū: et quā-
uis vxorē duxisset tamē quotidiē de mane capellā in hono-
re beate katherine fundatā visitabat: et in oratiōe ibi perma-
nebat. **T**andē eius vxor zelotipie furore percussa cū prope
esset et vicina partui: mane surgētī marito vt cōsueuerat ait.
Scio qd illam iuuentulā prope capellā beate katherine di-
ligitis et non me: et idcirco a mea presentia **D**e mane semper
surgitis. **C**ui respondēs marit⁹ irridendo illa: profecto vl-
tra te non amo sed sponte confiteor aliā plusqz te diligo: ad
quam de mane visitandā semp surgo: et in eius amore perse-

nerabo quod diu vixero. **S**ed intelligebat de beata katherina.
In absentia aut viri furis zelopiticis et dya bolicis accensa
ensem extraxit et volutarie sup illam incubens se et proles in
ventre enixam occidit. **R**euertit miles post longa orationes
uxorem et filiam inuenit mortua. **V**e ve ve clamans et eiulas
causa sum mortis ambaru. **D**enique ad p̄nominata capellam
ante virginis katherine ymaginem attente et deuote longo te-
pore porauit et tandem leniter obdormiuit. **C**ui beata katheri-
na apparens increpauit dicens. **E**t si me dimisisti pro spon-
sa contra tua promissa: tamen te non dimittam: sed proli et uxori
succurrā quas mea prece inuenies viuētes. **F**iliā tamen vo-
cabis katherinā et hic clastrū virginū edificabis. **E**t cum
filia tua meo dono resuscitata fuerit in clastro isto mat̄ mo-
nialiū instituta liberabit̄ mea gratia tui patris anima a pur-
gatorio et in signū precedentiū et futurozū sibi dedit crinale
roseum in hyemis medio: et inuenit uxorem cū prole viuen-
tem et confitentē quomodo demones portaret cum gaudio
animā eius ad infernū reuocatā tamen ad vitam merito bea-
te katherine. **R**arrat **P**rigenes in dist. xiiij. c. xxiij. in li. de
amore iesu ad virginē matrē. et ecōuerso. quandā virginē exi-
mie sanctitatis vidisse mariā matrē dei sedentē in sole et lu-
nam calcantē sub pedibz eius: atq; in capite habentē coronā
duodecim stellaz. et in cornu lune dextro beatissima erat bar-
bara habens in manu aquilā. **E**t in sinistro erat beatissima
Katherina habens in manu sua falconē. **E**t ambe erant co-
ronate de stellis et floribus alijs. **E**t agnes ad pedes earum
cū agno pariter et alie virgines christi sedebant. **E**x spes-
culo exemplorū **I**uuenis quidā beate **B**arbare deuot⁹ fu-
it et virginitatē suā eidē promisit: monitu tamen parentuz
cum quadā domicella cōtraxit. **E**t ante copulā vidit turbā
virginū innumerā inter quas vna excellentior videbat̄: que
tamen sibi faciē demonstrare noluit et querēs causam beata
katherina sibi respōdit **S**oror mea et socia barbara tibi nō
parū indignat̄ propter fidem a te prestitā non seruata sed no-
li cōsummare matrimoniū et nobiscū statim in regno eterno
eris. **Q**uod nobis cōcedat barbare et katherine sociarū et soro-
rū spōsus et amic⁹ **I**esus virgo et v̄giūnis et dei filius. **A**men.
Finit sermo ad mādatuz ip̄i. **R**em̄ dñi noiati cōposuit p̄
frēm **J**ohem **C**apet ord̄is m̄ior de obseruātia sacre theo-
logie professorem.





